



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

4. An ad incurrendam excommunicationem huius Bullae sufficiat actus attentatus? Et an ad hoc non sufficiat sola cogitatio extrahendi, sed requiratur, quod sit deuentum ad aliquem actum exteriorem? Ex ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)



contingenti ad Summum Pontificem recurrendum esse existimo.

18. Nec desinam hęc adnotare non defuisse Doctores asserentes iudices immunitatem Ecclesiarum incidere in censuras Bullę Cęnę; & ita docet ex Societate Iesv Ioannes Baptista Scortia in Bullę Pontif. Epit. 152 theore. 387. licet contrarium ex Hugolino & Gratiano teneat Fontanella tom. 1. decis. 201. num. 38.

19. Et nota etiam refellendum esse Zambellum in Repertorio Moral. verb. Ecclesia quoad eius immunitatem, n. 23. docentem excommunicationem contra lædentes immunitatem Ecclesiarum non esse lætam, sed ferendam; & ided non sunt statim excommunicati: sed debent excommunicari. Verum contrarium declaravit Clemens VIII. & Paulus V. Vide Castrum Palaum 10. 2. 1. act. 11. disp. vnic. punct. 12 num. 3. & alios penes ipsum: quibus addę Larcam de immunit. part. 4. num. 8.

20. Sed & tandem in gratiam curiosorum non desinam hęc difficilem proponere quęstionem; quam non ita diligenter Doctores pertractaverunt Ided quæro.

RESOL. III.

An Constitutio Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum deroget iuri communi & consuetudinibus? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 1.

§. 1. Negatiuę responder Gambac. lib. 5. cap. 8. & seq. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Immunitas, num. 7. & aliqui Ministri laicalis iurisdictionis cum Gutierrez prax. lib. 3. quæst. 1. num. 36. vide etiam Layman. in Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 9. num. 2. & Venerum in Exam. Episcop. lib. 9. cap. 37. num. 32.

2. Sed prorsus hæc opinio est reiicienda. Probat 1. Nam Pontifex, in ista Bulla, cum particula taxatiua reduxit omnia ad vnicam formã, ut patet in illis verbis: Ita ad vnicam tantum formã reducimus, & moderamus. Ergo reuocat ius commune, & consuetudines, diuersam aliam formam ab ista introducens.

3. Ita expressę determinatur in literis arbitrij concessis per Sedem apostolicam anno 1605. Prelatis huius Regni, & præsertim Archiepiscopo Panormitano ibi: [Per la qual cosa fu messo Greg. XIV. di fel. mem. a publicare la sua Costituzione, e dare certa forma, come s'haueffe a praticare la permissione, che veniu concessa da medesimo Canonico Magistrali laici nelli casi eccettuati.]

4. Hoc ipsum etiam determinauit Clem VIII. in quodam Breui ad Archiepiscop. Panormit. tunc Didacum de Haedo, datum Romę. 6. Febr. anno 1597. vbi asserit, aliquos delinquentes, qui per industriam, & insidias homicidium commiserant, debuisse gaudere immunitate Ecclesię, vigore Constitutionis Gregor. X IV. ergo dicta constitutio corrigit ius commune, quia tale delictum ex cap. 1. de homicidio, non gaudet immunitate. Bullam autem Clementis VIII. inuenies per extensum apud M. Anonium Genuesem in praxi, e. 76. n. 2. & alios.

5. In dicta Constitutione Summus Pontifex pluries facit mentionem iuris communi: & quando, voluit, quodd in aliquo casu illibatum permaneret, hoc expressit: ut patet, quando loquitur de Clericis, Monachis, Militibus, eorumque priuilegiis.

6. Ponderanda sunt illa verba Constitutionis. Quod si quis, quacunque dignitate, & auctoritate præditus, præmissorum (nempe, indultorū per alios Ponti-

fices concessorum) aut alio quouis prætextu, quidquam præter, aut contra huius nostrę Constitutionis tenorem asserere præsumpserit; eum ipso facto censurę etiam incurrisse declarauit. Ex quibus verbis clarę apparet, intentionem Pontificis non solum fuisse, reuocare priuilegia Principibus concessa; sed etiam omnes consuetudines, & abusus, alięque contraria omnia, præter, vel contra formam traditam in præsentis Constitutione, introducta; & ided posuit illa verba: Aut alio quouis prætextu, post factam mentionem de priuilegiis.

7. Summus Pontifex promulgauit illam Constitutionem per modum legis vniuersalis, & statuti: ergo abtulit, & correxit ius commune.

8. In dicta Bulla Pontifex, reducendo omnia ad vnicam formam, tollit facultatem aliter interpretandi: ergo, Cęteras rationes vide apud Doctores citandos.

9. Ex his omnibus apparet manifestę, Constitutionem Gregorianam reuocare, non solum priuilegia, sed etiam ius commune & consuetudines. Et priuilegia, quoad reuocationem consuetudinum, vide Marium Anton. Maceraten. lib. 2. resol. 15. n. 5. Giub. conf. 50. num. 14. & conf. 70. n. 9. Ambrosinum tract. de immunit. Eccles. c. 14. n. 3. & seq. Farin. in Append. c. 22. num. 159. unctio cum c. 2. n. 14. & 15. Ioan. Franc. Leon. in Thes. fori eccles. part. 1. num. 27. & nouissime Martin. Bonacin tract. de legib. disp. 3. q. 7. §. 6. n. 4. & ex nostris Religione P. Peregrinum tract. de immunit. Eccles. c. 2. a n. 6. 2. §. que ad 21. Hi omnes aduersus Gambacurtam docent, Constitutionem Gregorij reuocare omnes consuetudines, quidquid in contrarium videatur docere Tannerus in 2. 2. disp. 1. q. 5. dub. 1. n. 17. in fin.

10. Et quodd reuocet, & corrigat ius commune, quod mordicus negat Gambacurtia, docent etiam citati DD. & præter illos ex ipsamet Societate P. Filliucius in quæst. moral. tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 133. & P. Scortia in Bulla Pontif. epit. 152. Theor. 385. ex nostris Religione P. Duardus in Exposit. Bullę Cęnę, lib. 2. Can. 15. quæst. 76. num. 27. & P. Megala in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. n. 15. Cum Aponte decis. 14. in fine. Idem asserit Villabob. in sum. tom. 2. tract. 39. dub. 7. num. 22. & 23. Capobl. de Baronib. prag. 8. part. 2. n. 105. Genues. in praxi Archiepiscop. cap. 17. n. 11. Gratian in discip. forens. tom. 2. c. 180. num. 29. Card. Tusch. tom. 3. verb. Ecclesia, concl. 11. n. 9. & ex nostris Regnicolis vir doctus, & pius Franc. del Castil. in suis decis. tom. 2. decis. 156. n. 32. Giub. conf. 20. n. 3. 4. & 5. conf. 70. n. & 13. & conf. 100. num. 18. & conf. 30. num. 5. Ioan. Franc. Leo in Thes. fori eccles. part. 1. cap. 15. n. 27. Lazzarius tract. de Blasph. q. 5. n. 20. Riccio part. 1. decis. 140. n. 1. 2. & 3. Collect. 1792. Homobonus de Examine Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 12. q. 2. §. 6. sup. 3. Rainer. in Catal. cens. cap. 9. excom. 31. vide etiam Confert. in Prinil. Mendicant. tit. 5. cap. 6. Ex quibus omnibus videant aliqui, me his diebus rectę consuluisse, Iudices laicos incurtere in excommunicationem Gregorianam, abstrahendo reos ab Ecclesia vigore cuiusdam asseratę consuetudinis. Et ex his etiam apparet a fortiori, non benę Gambacurt. virum alioquin doctissimum. lib. 5. cap. 9. num. 4. asserere, etiam ampliaciones factas per Doctores, non esse per hanc Bullam reuocatas. Et quia ex istis principiis deducuntur resolutiones multorum casuum contra immunitatem sacrorum locorum, & mentem Pontificis; ided illas breuiter tangendo, quæritur.

RESOL. IV.

An ad incurrendam excommunicationem huius Bullę sufficiat actus arcentatus?

Sup. hoc infra in Ref. 17. §. Sed an. & in Ref. 116. per totã, & in Ref. 119. §. 2. ad medium a ver. nam dicta. & infra in t. 2. Ref. 35. per totam, & si gnauer §. 10.

His DD. ad de alios adductos infra in Ref. 25. §. 1. in fine, & in Ref. 58. §. Sed tu.

Sup. hoc infra in Ref. 26. §. Sed hec. & seq. Sed lege eã per totam, & aliam §. eius anno.

Sup. conten. to in hoc §. infra in Ref. fol. 58. §. Sed tu. & in Ref. fol. 71. §. vlt. & in Ref. 87. §. 1. a lin. 9. a ver. Et clare. & in Ref. fol. 90. §. Sed ego. per totum, & signanter in fine.



# De Immunit. Eccles. Resol. V. & VI. 5

Et an ad hoc non sufficiat sola cogitatio extrahendi, sed requiratur, quod sit deventum ad aliquem actum exterioriorem? Ex part. i. tract. i. Resol. 15.

Sup. hæc in fra ex doctri na Ref. 110. §. 1. ad lin. 11. lege verbi. Dando.

§. 1. **N**egativè respondet Gambac. lib. 8. cap. 13. putat enim, quod si aliquis attentaret extrahere per vim reum ab Ecclesia, & reuerà non extraheret, non incurreret in pœnas huius Constitutionis: quia talis actus non fuit completus, sed attentatus.

2. Sed tales in excommunicationem Bullæ dicendum est, omnino incidere: & ita docent Peregrin. de immunit. Ecclesie, cap. 14. num. 7. & Marius Italia de immunit. Eccl. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 60. & patet ex verbis Bullæ, ibi: *Quicumque præter, aut contra huius nostre Constitutionis tenorem attentare præsumperit, declaramus etiam.* Et gratis Gambacurta asserit, supradicta verba intelligenda esse de attentato cum effectu subsequuto. Vnde nostram sententiam docet etiam Farinac. in tract. de immunit. Eccles. cap. 20. num. 312. ex auctoritate leg. 2. Cod. de, his qui ad Ecclesiam confugerunt in illis verbis: *Si quisquam contra hanc legem venire tentauerit.* ex quibus manifestè apparet, quod sola attentatio ponitur. Et hoc ibidem notauit Gloss. in verb. tentauerit. & Megala in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 30. in fine. Notandum est tamen cum Peregrin. & Farinac. non sufficere solam cogitationem extrahendi; sed requiritur, quod fuerit deventum ad aliquem actum exterioriorem; vt etiam notauit Ambrosin. tract. de immunit. cap. 15. num. 6. & alij.

anno 1619. quem postea sequuti sunt noster P. Megala in 3. part. lib. 4. c. 2. quæst. 1. n. 34. Gratianus in disc. pr. tom. 3. c. 414. n. 12. Raynerus in catal. cens. c. 9. excomm. 31. Homobon. de exam. Eccles. p. 2. tract. 11. c. 12. quæst. 26. suppos. 3. Belletus in disc. cler. i. de fauore Cleric. realis. §. 4. num. 39. Marius Antonius variar. resol. lib. 3. resol. 15. Zipæus in suo iure nono Canon. lib. 3. tit. de immunit. Eccl. num. 13. Bonacina de leg. disp. 3. quæst. 7. §. 6. n. 8. Riccius in praxi p. 2. resol. 333. num. 1. & tandem Graffius tom. 1. lib. 3. conf. unico, n. 29. in fine, de immunit. Eccl. cum aliis. Et respondent ad argumenta contraria. Ad primum asserunt decreta Clementis VII I I, loqui de Confessariis, qui prætextu facultatis absoluebant, & non de Episcopis: imò in illis decretis referuatur, & corroboratur potestas Episcoporum, ergo. Item in dictis decretis tollitur priuilegium absoluedi ab excommunicatione incurta propter percussione[m] Clericis; & tamen Episcopi absoluunt à dicta excommunicatione: ergo patet, Clementem VII I I. in illis decretis non fuisse loquutum de Episcopis, sed de priuatis Sacerdotibus, vt dictum est, qui virtute priuilegiorum absoluebant. Ad secundum respondent, in Bulla Cœnæ solum excommunicari statuentes contra libertatem Ecclesiasticam; non verò omnes facientes contra Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem. Et hæc circa præsentem Bullam satis dixisse sufficiat; monendo ministros laicalis iurisdictionis; vt in dubijs, semper pro Ecclesia teneant; præsertim, cum in aliquo speciali, & atroci casu, possint consulere Summum Pontificem, & reum ab ipso petere, quomodo factum est hîc Panotmi tempore Excellentissimi Martini Hieracis Præsidis, & illustrissimi Hahedi Archiepiscopi.

Sup. hæc supra in Ref. 3. §. Hocipsum

## RESOL. V.

An iudices, vel alij contravenientes huic Constitutioni, sint ab Episcopo absoluedi: Vel talis excommunicatio sit Summo Pontifici reseruata?

Et an hæc excommunicatio referuatur in Bulla Cœnæ, vel solum excommunicentur statuentes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part. i. tract. i. Resol. 41.

Sup. hoc supra in Ref. 2. §. Et tandem de seq.

§. 1. **E**sse reseruata[m] Summo Pontifici, docet Italia de immunit. Eccles. cap. 6. §. 2. nu. 3. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 19. Fatinac. de immunit. c. 20. num. 315. vbi acriter inuehitur contra aliter sentientes. Idem docet Filiucius tom. 1. tra. 15. cap. 6. n. 155. & nouissime postea P. Peregrin. de immunit. cap. 15. num. 16. qui post multa sic asserit: [Pro conclusionis confirmatione addo, quod cum hoc dubium discuteretur in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ, fuit conclusum, censuras prædictas esse reseruatas Sedi Apostolicæ; nec posse Ordinarios regulariter ab illis absolueri. Et factò verbo Summo Pontifici Paulo V. annuit. Ita mihi retulit Reuerendiss. Cocchina, Romanæ Rotæ Decanus, & ad præsens Regens Prætorij Sacræ Pœnitentiariæ.] Sic Peregrinus. Et ratio est: quia in quodam Decreto Clem. VII I I. edito anno 1601. & 1602. hæc censura Summo Pontifici reseruatur. Secundo, est etiam reseruata in Bulla Cœnæ, in qua reseruatur absolutio excommunicationis latæ contra violantes libertatem Ecclesiasticam.

2. Sed hæc opinio non obstante, contrarium sentiunt multi, & asserunt, posse Episcopos, supradictos criminofos absolueri: quia talis censura non est Summo Pontifici reseruata. Et ita docet Barbof. de possef. Episcop. part. 3. alleg. 51. cas. 3. n. 72. cuius libet fuit impressus Romæ; & ita etiam docet Genuenfis in Romana impressione apud Mascardum

Tom. I. X.

## RESOL. VI.

Quenam Ecclesia tribuat confugientibus Immunitatem.

Et an Ecclesia non perfecte constructa, porticus Ecclesie, scala ipsius, Turris cymbalorum, Hortus, & similia, & omnis habitatio quoad totam suam fabricam consuetam gaudeat Immunitate, quamuis sit polluta, vel interdicta, aut destructa, si ad sit spes reedificationis?

Et an domus Seminarij, Domus puellarum, & Orphanorum auctoritate Episcopi fundate, Domus Clericorum in communi videntium, & Oratoria Confraternitatum gaudeant supradicta Immunitate? Ex part. 6. tract. i. resol. 1.

§. 1. **S**arpus in dicto libro de iure Asylorum, cap. 4. fol. 39. sic ait: Ecclesie nomine statuant vnanimiter Doctores omnes Oratoria non comprehendendi, quanquam in eis aliquando res sacra fiat: vt ea, quæ in priuatorum domibus, & in Collegijs Laicorum, quas vulgò Confraternitates vocant, ædificantur. Neque omitti debet, immò attenta cura animaduerti, quod Episcopus Couarruias lib. 2. var. c. 20. hæc de re disserit, hisce videlicet temporibus occurrendum maxime esse eorum temeritati, qui Ecclesiarum immunitate consili quodcumque delictum perpetrare audent. Et ob id, in quibusdam ciuitatibus nolunt Ecclesiastici Præsules quamcunque Ecclesiam ius immunitatis obtinere, sed eas tantummodo, quæ continuè temporibus sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum habent. Ita ille.

2. Sed non est verum asserere ita absolute Oratoria Confraternitatum non gaudere immunitate: nam si sunt affixa alicui Ecclesie, vel Monasterio, immunitate

A 3